

norum spatio invenerunt, quædam iis addant, eaq; compleant atq; perfectiora reddant. Neq; verò, quod quis objicere possit, quidquam ita gloriæ Veterum detrahitur, licet juniores quoq; sui profectus aliquod edant specimen, immò additur potius iis, quæ ipsi invenere: *semper autem laus maior est inventa quam completa rei.* Quamquam nec hoc diffidendum sit, non in omnibus Veteres fuisse Argos aut Lynceos licet enim non τῆ πάση ὁδῶ, ἔρασιον ὕ ὄσον, παράπαν, ἐν τῷ λιμένι, in ipso limine, sive in portâ, ut Sulpii Galba caniberius, offenderint atq; defecerint, sapius tamen ἐκλὸς τῆς ὁδῶ & à scopo aberrasse quis negabit? uti *sæpe de facultatibus suis amplius, quam in his est, sperant homines.* Proinde eodem jure, quo Ovidiana Pallas anù mentita dixit,

————— non omnia grandior ætas,
quæ fugiamus, habet, —————

παρωδήσαντες dixerimus,

————— non omnia grandior ætas,
quæ cupiamus, habet. —————

Fatetur certè *Aristoteles* in Politicis τὰς δεχαίους νόμους λίαν ἀπλῆς εἶναι καὶ βαρβαρικῆς, *nimium rudes esse & barbaras*, λοιπὰ τῶν δεχαίων νομίμων εὐήθη πάντα *vetusta iura penitus esse rudia*, εἰκὸς τε τὰς πρώτας εἶτε γηγενεῖς ἦσαν, εἴτ' ἐκ Φθορᾶς τινὲς ἐσώθησαν, ὁμοίους εἶναι καὶ τὰς τυχόντας καὶ τὰς ἀνοήτους, ὡσπερ καὶ λέγειται κατὰ τῶν γηγενῶν, ὡς ἀτοπον μένειν ἐν τοῖς τῶν δόγμασι, *præstandum esse, dicit, priscos illos homines sive ex terrâ geniti fuerint sive ex corruptione aliquâ servati, fuisse ignaros & imprudentes, ut de terrâ natis dicitur, ut absurdum planè sit in eorum opinionibus persistere velle: atq; demum concludit ὅτι κινήσοι καὶ τινὲς καὶ ποτὲ τῶν νόμων quasdam leges quandoq; esse movendas sive mutandas.* *Aristotelis* hæc verba an legerit *Seneca*, nec scio quidem, nec adeò curo, ipsum tamen cum illo audacter & manifestè consentire ex seqq. perspicuum est: *Non negaverim (veteres) fuisse alti spiritus viros & ut ita dicam, à Diis recentes neq; enim dubium est, quin meliora mundus nondum effætus ediderit. Quemadmodum autem omnibus indoles fortior fuit & ad labores paratior, ita non erant ingenia omnibus consummata.* Quod, nisi fallor, in eâ ipsâ XC probatum ivit epistolâ.

Οὐ τοι ἀπ' ἀρχῆς πάντα Θεοὶ θνητοῖς ἀπέδειξαν,
ἀλλὰ χρόνῳ ζῆλον ἐφευρίσκειν ἄμεινον,

Non